

... flos et dicitur traditum
Ecce ita tempore est enim
dum super cuius officio te
grediuntur omnes tu illa
traxisti claves que tamen
regni Angliae sunt sive
tempus thalassium regale.
Et quo tamquam quoniam
etiam huiusmodi potest
speciebus. **I**ocundus in
auerio qui flos sive
scitis vocatur ad pedes
procedere elegit magis
pauis. **E**st invenimus
elocutus apud istac
in eis et in aliis turbae
est. **E**t in istis de
lebta fata. **I**n enim tunc
eximis vestimentis eis
omnes. **I**n primis ut nos
fiscarii. **E**t in aliis
et rabiis. **E**t in aliis
et cibis. **E**t in aliis
in hoc etenim tandem
mutatis locis. **I**nstantia

Sammlung

FEBRUA HAECA
SACRIS MANIBUS,

Imo TIBI

VIRO INTEGRITATE VITÆ,

doctrinâ Virtutis; tum usu Prudentiæ, & Experi-
rientiâ rerum politissimo, MARTINO RIEMANO,
quondam CAPITULI supremi Ecclesiae Metro-
pol. Magdeb. Præfecto in Atensleben
meritiss. Nunc,

Ex quo

PLACIDISSIMA & avata ANIMAM CHRI-
sto Redemtori mancipans, Mundo huic immundo dedisti
plaudere; Filio vero unico, & Amicis, quin & mihi
luctificum plangere; fact. 15. Februar. ipso die, ut vo-
cant, Februato: Corpore postea 20. Ejusdem Mens. Fe-
rialis, Bornæ, in Templo, sepulturæ religiose man-
dato: ἐν ἀγίοις,

Pro ultimi in Te mei officij debito inter lacrimas exoluo;
Eaz pro Iustis fero, & offero

AMBROSIUS Stegman. Poet. Laur. & Iurr.
Stud. Ex Schædensfledt Anhalt.

Anno

Libera nos eX MaLo, DeVs.

Quæ jam legat Tui desideratissimus, & olim
legat Tui ætatem memor relict. Filius
ALBERTUS, meq; juxta amet.

Ergo

Inscribo Ipsi Hæc.

Ebria quid scribam, Miraris fortè; sed audi
Nasonem in Fastis, rem dabit ille tibi.
Quid possim in tanto Musis imponere luctu!
A Musis luctus sàpè levamen habet.
Quid moveat tantos turbat à in mente dolores!
Pro parvo officio Gratia magna Viri.
Quid tecum mihi communis sit causa Quarelæ?
Illo ego Patrono, Tu Patre salvus eras;
Iure Illi in vita debebam plurima vita;
Mors rapuit, Summam; Pensio carmen erit.



I. LUPERCALIA,

Romæ olim agitata 15. Febr. hoc ipso
die Mortis Mart. Riema-
ni p. m.

Februe, Februe, quo tendis? revocare: Dies haec
Non luctus Lux est, sed sacriluga Lupis.
Quippe locum Festi Veteres dixerunt Lupercal,
Romule Te, & Fratrem quod Lupa pavit ibi,
Dum stetit, & caudâ teneris adplausit alumnis;
Quis credat pueris non nocuisse Feram?
Tempore non alio lustrant Loca cuncta Luperci
Et sacre Fauni Festa bicornis agunt;
Currere mos illis, posito velamine vestis,
Pan siquidem nudos ad sua Sacra vocat.
Quin etiam coedi videns de more Capellam,
Et steriles Nuptas Verbera lenta pati.
Et non tanta juvant te, Februe? Fallor an ater
Adparens fors hic Festa sacrare velis!
Sie est. Mors Lupa sit: Morbos credo esse Lupercos,
Nam currunt, cædunt, Verbera dira parant.

Entogredi nostrum est nudum, discedere nudum;
Vitam, Hemo, ceu Baunus cornua curva, gerit;
Curuamur; venit atra dies; Tumulusq; Lupercal
Panditur; haec homines Fest a suprema piant.
Ah nolle! Testis, Martine, es, quem, Lupa trux, Mors.
Illexit: Tibi eam non nocuisse, bonum est.

A.II.398.1
I.I.

FEBRVVS ET FEBRIS.

Februus & Febris jurati in funera fratres
Convenere malum nectere grande Viro,
Fallere Riemanum: Namq; invida Biga dolebat,
Eius candoris tantum habuisse animum.
Dudum est, quod Febris pectus concussit & artus;
Iam terno, aut quarto jam recidiva die,
Non aliter atq; illius si hic ara fuisse,
Hic delubra, olim qualia Roma habuit,
Donec ab hoc quinto jam deinde rotatus in anno
Februus (insidias struxerat ante suas)
Vincere ubi certat Febris, pede subsilit audaci,
Et subito instructus funere vincit atrox;
Ille fuit: Sed vos Reliquineu credite Febri
Nec Februo: Ad mortem proxima utrinq;
[via est.

Athens-

III.

A THENS LEBEN QUASI A- DAMS LEBEN.

UNde Atenslebiæ nomen descendere dicam? Nunquid Athenarum vita ibi fortè fuit? Aut ibi sceptra locat Pallas γλαυκῶπις Αθήνη? Atq; Locū hunc Semper-Virgo nitore sacrat? Est aliquid: Sed enim spem nominis addere Adami AVitā, hoc proprius, nonne Thalia ferit? Nil Paradisus erat nisi Honor viridissimus agri, Vitam ubi, Adam, traheres tuq; feraq; tue. Respice, quisquis ades, Terra hac simul (eloquar? an [non,?])

Stat Paradisiacis ebria delitys:
Non illuc latæ pecudes, non grama desunt,
Arboreos fætus, flumina, Rura vides!
Omnia amena novo, hæ flores! sub vere: DEUS
[det
Pro Reditu hinc DOMINIS millia mille dari!
Atqui cum Paradisus erat Locus iste, quid urget
Martinum, citò eum linquere, quem coluit?
Fortè aliis Menti sedit Paradisus ardor!
Sedit: Jam cœli te Paradise colit.

I V.

F E R A L I A,

In quibus Iusta ferebant Rom. hoc
Mense Februar.

Ad

Piè denati rel. Familiam.

NAppi, Riemanidum stirps reliqua, amicag̃ corda.
Denati, ad Tumulum jam properate, decet,
Dum Februi Lux est, quā animas placare paternas
Fas quondam, & structis munera ferre pyris.
Qualia sunt mollita Ceres, violag̃ soluta,
Et sparsa fruges, parvag̃ mica salis;
Dum tenues animæ, dum corpora functa sepulcris
Errant, dum posito pascitur umbra cibo;
Horresco referens, alia ergo Feralia sacra.
Ferte: Ego pro iustis carmina mœsta fero,
Pro sale vos lacrimas, pro frugibus addite vota,
Pro donis Mmemen, perpetuumq̃ vale.
Cetera Gentis erunt, quæ tu Christiane caveto;
Pasci ultra, cœlo qui satur, ille negat.

V.

S O L A T I O L V M

Ad

Piè defuncti Filium ALBERTUM &c. de ipsius
incepto studio Juris.

Alberte, Astræa nova fax, qua Patre micare
Vivente incepisti, spargere Elenchum avidus,
Cuius

ujusnunc Lumen deletum est indice Lethi,
Tot necat ut Musas unica syllaba Mors.
Adspice res lapsas studiorum, & fata tuere,
Est D E U S in studijs, hoc Duce id omen habes.
Cepimus ut Iuris tractare Elementa, venustum Inst. Iur.
Sors videt, & circum nil nisi plausus erat.
Sciens humana quā parte locatus es in re,
En Libertatis Jus capis ingenuum. tit. de I.
Vivit adhuc Pater, hinc Patria est tua cura Potestas, Pers. de
Ex justo huic faustè subdite Conjugio. Ingē. &c.
Dein Jus Tutelæ subigis, quasi proximè id ipsum, tit. de pat.
Utile casurum sit tibi, & heu! cecidit. potest. &
Februus interea vel prima ex parte serenus de Nupt.
Discere Res Juris, ceu jubet ordo, monet &c.
Verū quando Paragraphum adi jam Religiosū, & seqq.
Jura sepulcrorum & funeris inde notans, Lib. 2.
Proh dolor! in funus, tumulumq; vocaris ademti Inst. tit.
Patis: tam citò ne Practicus esse velim. de R. D.
Sisteris hic: Precibus sed enim superare decebit F. 9. I. de
Numina, quō studij postera fata levent. R. D.
Quem Natura, Parenz, D E U S, omen, Idonea cunctæ
Addictum juri sic volvère, subi;
Querendum est Decus Ingenio, quia cetera SORS,
[MORS
Tollunt. Vis Patrem pro Patre? habeto
[DEUM.

V I.

EXUVIAE.

Budiades Nymphæ, quas Februus ille malignus
Nigropeplas mecum s̄istit in has lacrimas,
Hac ite; En Borna sacras spatiamur ad ædes:
Exuvias, Lachesis non rapit omne, legam.
Enthea Mens Riemani ubi? ubi est? Non hic. Ubi candor.
Et vigilans Labor is? Busto abiēre pares:
Quo posuere Viri Famam? Resq; illius? Ohe!
Nil video: an jacet hic sancta & aperta Fides?
Adparet minus: At q̄, quid hoc? Sunt ossa Membra
Corporis humani, qua nigra Morta tenet,
Nec sua adhuc, jam sunt C H R I S T O reddenda vocanti.
Catera in Exuvias ergo petantur: Habe
Mens calos; Candor Fidos; vigilantia Munus;
Fama solum; Natum Res; D O M I N O S q̄ Fides.

V II.

CHARISTIA.

Celebrata Romæ ipso quoq; Mens.
Febr.

TOtu eram in lacrimis, dum me Charis aurea luctu
Subtrahit, & moris sis memor huius, ut;
Plenis Sacra vijs hodie illa Charistia spumant,
Quis venit ad socios turba propinqua Deos,

A tu-

A tumulis retraha ad Vivos, Charisq; reponit,
 Messuit hinc ,messor, Mors ubi amoris opes :
Ductus ad Exemplum Natum quoq; ducito sancte
 Defuncti ad Cheros , cum data justa , suos ,
Si defunt Chari, non defit sancta Potestas
 Summorum, unde Favor Parthenopaeus ijt;
Istum , dum vixit, Pater undiq; sensit, & isto
 Non facile agnovit dulciss Ille Bonum:
En venerandū, alnumq; Caput, capitisq; DECANUM,
 Summi, quem Pietas servet amata Virum!
Nondū Is (Lochovidum viden hac Insignia?) vertit
 Ora tria, & Galeas tres totidem à Charisim,
Quā modo honesta levat capita ad Sacra, Iura, clien-
 Sacra nitent florent Jura, vigetq; Cliens. [tes,
Quā Sacra, Jus, orbusq; Cliens metuere pericla ,
 Tuta per has Galeas sunt Sacra, Jura, Cliens.
Sic est fata Charis ; jungi q; novissima verba:
 Felix, quem virtus hac Galeata tegit!

ITX.

FRATRI MEO

M. JOSUÆ STEGMANO, Lips. Theol. Stud.

Fama, vola ad Fratrem , singult atq; tenore
 Dic : Perijt Fratris Gloria tota tui.
Gloria quæ? si queret, ai : Cui Vita Patroni
 Proma, at condia fuit Mors rapida , illa fuit,
Illa fuit. Scio tunc fraterni pectoris astus
 Particulam nostri concipient Gemitus,
Et parient rapti pro vi solamina fati ,
 Quæ dotare queant hunc viduatum animum
Votum adde : ut brevior quâ me RIEMANA aluit spes:
 Longior hac ipsum WEINRICHIANA beet.

IX.

TERMINALIA.

Rom. 13. Febr. agitari solita.

Mergeris, heu! lacrimarum undis mea pulla Thalia,
 Desine: jam nigris Terminus esto modis,
 Terminus; & recte. Romana ubi, Termine, Festa
 Concilias, fertis condecorande D E U S,
 Qui populos, Urbes, ingentia regnaq; finis,
 Et justa servas credita rura fide,
 Qui stas Quadratum, firmissima tessera, Saxum,
 Et doctus nulli credere velle probes.
 In statione tua levitas tibi libera non est,
 Hinc tibi sarta ferunt, Hinc tibi liba ferunt.
 Quod si ab agris hominum liceat te advertere vita,
 Omnes Mortales en scopus unus habet,
 Stat sua cuiq; dies, & nulli mobilis Hora,
 Fixaq; sunt Fatis tempora certa suis.
 Fatali manent populos, regnis dant deniq; finem,
 Totum orbem Fati Lex Adamantina agit.
 Credebas ergo huic Fato Riemanē potenti,
 Velle mori cupiens quando necesse mori.
 Terminus hic hæret vite, curæg paterna.
 Officij, testor Rura, Domumq; probi.
 Terminus hic hæret non famæ, & laudis honora,
 Et benefactorum, quorum ego multa tulī.
 Quadrata (ecquid Mome spuis?) constantia Pectus
 Cinxerat, & vere Terminus ipius eras,
 Recta Fides steterat semper; Quin termino in isto;
 Dant Tua de primis ultima Judicium.
 Nunc HAVE. Ego violas Tibi, amorum Libag; ferre
 Non sistam, donec, Termine, meq; vocas.



X.
EPITAPHION,
CHRISTO Sacrum & MEMORIAE.
MARTINVS RIEMAN

VITAM,
Cum magno Reipubl. & Suorum commodo,

HAUSIT Schackensta-
dia, An. 1567. TENUIT per Ann. 48.

Mens. 3. Dies 4. Hor. 17.

Cum magno Reipubl. & Suorum damno
RELIQUIT

Atenslebia 15. Febr. Sesquihora ante sec. pomerid. An. 1616:

Eaqꝫ MOLLITER solutꝫ

Ipsius

ANIMA cœlica CORPUS terreum
Cœlum, Terram,

MEMORIA humana

Homines

OCCUPAVIT

Hac est cum CHRISTO Hoc in spem Resurrectionis
Redemptore. hic requiescit.

Hæc est apud Bonos
in Pace

Si & apud Te, VIATOR, dic HAKE.

Ali-

X I.

A L I U D.

Ex ultimis pie demortui Votis.

Philip. 1.

Utile DISSOLVI; cum CHRISTO VIVERE dulce;
Hinc cum VITA fluat; cum fluat inde LUCRUM.

Loquitur Sepulus.

Dass ich möcht auffgeloſet seyn / Klein/
Und bleiben bey mein HErrn Christ als/
Hab ich von Herzen Grund begehrt/
Bins auch von mein Erloſer gewehrt/

Nun/ Christe/ du mein Leben bist/
Der Todt ein Gewinst mir worden ist/

Mein Leib ein Weizenkörnelein/
Hier ligt/vnd ist geseet ein/
Zur Aufrichtung es blühen wird/
Drauß in den Himmel eingeführt.

D. V. D. M.

Deo Laus & gLoriA per æVVM.

Islebij, Imprimebat IACOBUS GUBISIUS.

99 A 6908



JB

Rkt^o1

VON



propter Christus.
Quia metatio; ex
enarratione norma dicitur
ne com. nunc est
enim quia supererit
nemus armis ferientiam,
ut inferre illucie-
tum o. etiam uirtus ad
elizabed: epis actio
hanc. Et cunctis etiam
1:1000 ut sanctifica-
tio. De confessione iohannis.
dix uenit ad baptismum.

Amen. Tu

tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

11. 187
mis al
lelu ia
cordia eius ap
genies timetib
Sicut saluta-
tie elizabech-
tauit misericordia
et repleta est gaudi-
e vide distinctio-
gulorum verbos
des. Vocem pri-
bech audiuit:
nos paoz graci-
illa nata e obo-
dunt iste exult-
o de ualery. Al-
iae dei sensit a-
fia mulierem

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Yellow

Green

Red

White

3/Color

Black

Centimetres

Inches

